



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 293. Nec illis crediderunt. v. 13.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

deflectam̄s, à Christo ad s̄eculum, à iustitia ad iniqitatem transēmus.

§. 292. At illi euntes nuntiauerunt cæteris. v. 13.

Vide horum discipulorum diligentiam & seruorem ad reuelandam resurrectionem Domini. ut primum agnouerant Christum in fractione panis sero, ut post hora coenæ non attendentes itineris relegendi grauitatem, & fatigationem & tenebras noctis imminentes, &c. terriculamenta Hierosolymam regrediuntur.

**O**nus discipuli optimi Magistri, vos cordate, & certè prudenter fecistis, quod tanta re comperta, statim ad Apostolos rediſtis. Certe ex hoc facto apparet, vos communione sancta à Domino refectos fuisse, qui iam præclara cæpistis confessim expedire.

§. 293. Nec illis crediderunt. v. 13.

Iam Maria Magdalena nobilis illa B. M. V. Sodalis reuelauerat Apostolis, à se visum esse Dominum ac sibi Virginique Matri dictum esse Aucte: Iam & discipuli ex villa recurrentes hoc annuntiauerant; & ecce non crediderunt, quia res nimis insolens erat mortuum resurgere, quin non haberet excitatorem. Sed quando tandem & cui credent, seruatum erat hoc priuilegium Petro super illo enim fundanda erat fides Ecclesiæ suæ, iam iam colligendæ, post dispersionem.

**C**ratias ago tibi Domine Iesu Christe, quod fidem nostram tam pro Guide fandasti, non super annuntiatione sanctissimæ etiam fœminæ, nec super minorum discipulorum relationem, sed super S. Petri maturi & iam s̄e probati à te viri constantia & autoritate tuo tamen nomine suffulsi. Tu enim ipius eras basis & fundamentum, ille nostrum.

§. 294. Nouissime autem recumbentibus illis undecim apparuit. v. 14.

An igitur S. Marcus vult dicere, quod usque ad diem ascensionis Dominicæ in infidelitate perseverarint undecim Apostoli? Absit factum, imò dictū: Possumus igitur dicere, nouissima seu extrema diei illius parte accidisse, ut cum iam ad cenam accumberent Apostoli Dominus collegio illorum xi. viatorum apparuerit (nam Thomam ea hora abfuisse est certum) Possumus etiam sic accipere, quod Marcus omnes apparitiones Apostolorum Collegio factas in unum conuoluat fasciculum, & summam tractatum cum ijs habitorum prescribat. Et hoc posterius congruit cæteris Evangelistis, nam quod S. Lucas ait: conuescentem cum Apostolis Dominum locutum esse eis de Regno Dei, & præcepisse ab Ierosolymis ne discederent

